



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Rvpertvs Ep. 27. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

27. Mart. VITÆ S A N C T O R U M . 157

in vita huius lubrico fidens perituram insumit operam, nec advertit, quoniam vapor est admodum parens, & vanitas vanitatum. S. Bern. in sent.

S. RUPERTVS EP. 27. Martij.

Sanguinem suum, quem ad Franciæ Reges Ducebat Hibernia referebat RUPERTVS, tum nobilem esse probavit, quando Vangionum Episcopus virginis servilem in modum per urbem cœsus, & in exilium est actus. Sed nobilissimo exuli dignum domicilium patuit, Bojaria. Huc evocatus in exilium inde superstitionem misit, & primus ferè Boiis patriam suam cœlum ipse exul ostendit, regemque priuò Theodonem, tum proceres, mox populum magno numero sacro fonte lustravit. Abhinc sedem & arcem sacerorum Iuvaviz (quæ hodie Salisburgum est) posuit, mox Cœnobium hic templumque D. Petro, alterum dein montibus, idque D. Maximiliano sacrum, velut praesidium sanctæ religionis imposuit, prodigiosis ignibus tunc nobile. Sub hæc in patriam magnis itineribus contendit, novasque auxiliares copias viros XII. adduxit, sui planè, ut aliud nihil dicam, simillimos. His adjuvantibus bellum sanctum, totam penè Bojariam Christo subegit, templaque velut propugnacula pietatis plurima paſſim extruxit. Inter hæc utique & pulcherrimum ornamentum patriæ, & firmissimum munimentum Ædes veteris Oetingæ numeratur, DBIPARA sacra; ut quando huic omnia se debere Boii tentur, multum profectò etiam RUPERTO debeat, qui Regionis tutelam, eam VIRGINEM inquam, princeps conciliavit. Obiit anno DC. XXVIII. fati sui certus & diei. Parentare lacrimis omnes

omnes Boii, sed Angeli cantu festivo visi: illi sor-
didati, hi candidati: ut nosles illos funeri, hos
animi triumpho adeſſe. Ex Surio.

*Ad omnem temptationem, ad omnem tribulatio-
nem, ad omnem denique cuiusque modi necessitatēm
aperta est nobis urbs confugii; sinus Matris expan-
sus est, parata sunt foramina petra, patent viscera
misericordia Dei nostri. S. Bern. serm. 7. Qui habit.*

S. GVNT RAMVS C. 28. Martij.

Qui Reges salvam maiestatem, & regna sua
volunt, rectè arces adificant, & propugna-
cula; sed rectius iudicem aras struunt templaque, &
ad stipendia optimos præsidarios, egentes evo-
cant. Inter hos meritò Regem GVNTRAMVM nu-
meramus, pulcherrimum Galliæ lilyum, & meritò
in Marianum hortum transplantandum. Regias
hic gazas omnes, vel in finum pauperum, vel tem-
plorum adyta prodigus sparsit. Certavit verò cum
GUNTRAMO Deus, nunquam non viator, si de li-
beralitate cum homine certamen sit. Et forte for-
tunā somno, ad quem à venatione fessum perstre-
pentis rivuli susurrus invitaverat, aliquantum in-
dulgebat. Hic qui pro dormiente vigilabat, armi-
ger, vidit Dominum cum somno nescio quod
animalculum proflare; ei cùm pontem ensè regio
fluxisset, aquas superavit, & proximo spēlæo suc-
cessit, paulò pòst viam eandem relegens ore de-
budo Regis se abdidit. Subinde hic evigilat, &
somnium de reperto thesauro narrat. Sed & armi-
ger subjicit, quæ vigilans somniaverat. Ergo in
specum itur, & ingens aurì vis eruitur, sed omnis
iterum exlo, hoc est templis, & egenis transfor-
benda. Quo factum, ut sicam corum, qui parci-
cidas